

**Prorector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius; D. & Theologicae
Facult. Senior ... Ad Exequias, Quas ... Simoni-Paulo Corfinio Moestissimi
parentes parabunt, Omnes Academiae Cives ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747248214>


Druck Freier  Zugang





Qvistorp, J.,
in S. P. Corfinius.

R. 1646.

29







PRORECTOR

Universitatis Rostochiensis

JOHANNES QVISTOR-

PIUS, D. & Theologicæ Facult.

Senior, & R. Ministerij Superin-
tendens,

AD EXEQUIAS,

Quas

Puella tenerrimo

SIMONI-PAULO
CORFINIO

Mæstissimi parentes parabunt,

Omnes Academiæ Cives in templo
Jacobæo ad hodiernam primam in-
vitat.




ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Academiæ Typographi.


ANNO M. DC. XLVI.

PROFESSOR
Universitatis Rostochensis
IOHANNES QVISTOR-
PIUS, D. & Theologicae Facult.
Senior, & R. Ministerij superin-
tendens.
AD EXAMINANDUM
Puello tenentissimo
SIMONI-PAVLO
CORFINIO

Magistram parentem parandam.
Omnes Academici Cives in templo
Jacobi ad hederam primam in-
vitas



ROSTOCHII
Typi NICOLAE KILLII, Academici Theographi
ANNO M. DC. XLVI.



Qui nullatenus A-
postolo Paulo, po-
liteuma nostrum
in coelis esse, asse-
renti, fidem dero-
gant, illi non pos-
sunt non seriis votis optare, ut sibi
liceat quam maturrimè eo deve-
nire, ubi fixas habituri sunt sedes.
Verum is est plurimorum, qui
Paulinum hoc ore usurpant, sive
stupor sive dementia, ut quam diu-
tissime in terris commorari, & se-
ro admodum ad coeleste politeu-
ma pertingere optent. Felicem
se náuta prædicat, si quam citissime

F 2

pela-

pelagi superatis procellis in portum
navim inferat; & nos non prædicare-
mus felices illos qui secundis ventis,
impetuofissimum mundi mare ve-
lociter superant, & feliciter vitæ
tranquillissimæ, quæ in cœlis est,
portum subeunt? felicitas hæc vir
Reverende & clarissime DN. M. JO-
HANNES CORFINI colle-
ga & in Christo frater colende
filiolo tuo SIMONI - PAU-
LO obtigit. Intravit is mundi hu-
jus mare decimo Septembris die,
Anni nuper elapsi clō Ioc XLV.
superavit illud intra menses pau-
culos, & portum vitæ cœlestis in-
travit. Si, quod res est, Vir Re-
verende nobiscum fateri voles, non
diffiteberis, rectissime cum filiolo
tuo actum esse, cui cito morbos
cum


cum sanitate, mortalitatem cum immortalitate, ærumnas cum gaudio permutare licuit. Cujus tenellum corpus, Vigiliis & lassitudine fractum, pravisq; humoribus destillantibus ad fauces placidissime 13. Januarij hora 6. matutina animam exhalavit. Superavit ille brevi, omnes, qui nos, quantisper in hoc mundi mari jactamur, premunt labores, morbos, dolores, miserias, infortunia, calamitates. Tu, Te, conjugem, avum, aviam, ex hoc filioli & nepotis discessu in mœrore constitutos, His Hieronymi paucis mutatis compella. Quantum lucrum filiolo nostro, & nepoti vestro est mori, quoniam vivere deinceps ipse Christus erit: Ecce, terrestris domus hujus habitacionis dissolvitur, ut alia succedat non manufacta habitatio in cœlis æterna: Ecce quod mortale est, vestimento exiit, ut æterno induatur: hucusq; peregrinatus est, jam redit ad Patriam: Ecce portum attingit, quam tanto Seniores desideramus desiderio. Ecce de tenebris ad lucem, de periculis ad securitatem, de prælio ad brabejum, de fœtore ad odorem suavissimum vehitur, Vere


hic vivens mortuus fuit, & jam vere vivifica-
tur. Vita mundi non vita, sed mors, vita
fallax, vita onusta tristitijs, imbecellis & um-
bratica, vita mendax. O Mors dulcis & ju-
cunda, non certè Mors, quæ vitam veram
largiris, quæ fugas febres & vulnera, famem
extinguis & sitim. Hæc Tu mœstissime
pater cum tuis. Nos reliqui, qui nobis ve-
geti & validi videmur, longaq; vivendi tem-
pora pollicemur, in infantem hunc animi
oculos convertamus, & nos ab eo, quod
huic cito admodum obvenit, qui paris cum
ipso conditionis sumus, ne ad horulam im-
munes esse pro persuasissimo habeamus:
Itaq; vitam nostram instituamus, ut si vel
hodie eâ exeundum sit, prompti paratiq;
inveniamur. Jubet in Levitico DEUS, ut
avium, quæ ipsi in holocaustum offere-
bantur, plumæ, in eum abijcerentur lo-
cum, in quem cineres effundebantur. A-
ves nos sumus, D E O nos in holocaustum,
offeramus: plumæ sunt mundana omnia,
& quidquid in mundo suspicit mens mun-
do affixa, abijciamus eam hunc cinerum,
locum, brevi nos pulverem & Cinerem fu-
turos


turos cogitemus. At tu ad gaudia transla-
te infantule, Additus es Avo tuo paterno
M. JOHANNI CORFINIO templi
apud nos Jacobæi triginta & ultra annos Ec-
clesiasti fidelissimo, & Reverendi Ministe-
rij antequam hoc mundo exiret seniori. Ad-
ditus es Avia tuæ paternæ ELISABETHÆ
PAULI fœminæ pientissimæ. Additus
es proavo SIMONI PAULI Theologiæ
Doctori, & Professori celeberrimo, ma-
gno & prædicando Zelo pietatem in
templo Jacobæo urgenti, & Rosto-
chiensium olim Superintendenti Vigilanti-
ssimo. Suo Te, quando ita Jehovæ vi-
sum fuerit tempore in sequentur PATER
Reverendus & Clarissimus Vir DN. M. JO-
HANNES CORFINIUS Collega no-
ster dilectissimus, MATER mœstissima
MARIA BRAWERS fœmina pud-
cissima. *Avus maternus* CONRADUS
BRAWER vir Integerrimus, centum vir, &
civitatis hujus Ærarij præfectus industrius.
Avia materna CATHARINA BESELINS
matrona muliebrium Virtutum decore or-
nata, ex vetustissima apud nos Beselinio-
rum


rum Profapia genus ducens; Nos Acade-
mia cives ad beatam emigrationem nos
componamus, & corpusculi exuvias, sepul-
chro hodie ad horam primam in templo
Jacobæo inferendas, eò frequentes
deducamus, P. P. Rostochij 16. Ja-
nuarij Anno ∞ lcc XLVI.












turos cogitemus. At tu ad gaud
te infantule, Additus es Avo tuo
M. JOHANNI CORFINIO
apud nos Jacobæi triginta & ultra a
clesiasti fidelissimo, & Reverendi
rij antequam hoc mundo exiret se
ditus es Avia tuæ paternæ ELISA
PAULI fœminæ pientissimæ.
es proavo SIMONI PAULI T
Doctori, & Professore celeberrim
gno & prædicando Zelo pietat
templo Jacobæo urgenti, &
chensium olim Superintendententi
tissimo. Suo Te, quando ita J
sum fuerit tempore in sequentur
Reverendus & Clarissimus Vir D
HANNES CORFINIUS Co
ster dilectissimus, MATER m
MARIA BRAWERS fœm
cissima. *Avus maternus* CONR
BRAWER vir Integerrimus, cent
civitatis hujus Ærarij præfectus in
Avia materna CATHARINA BE
matrona muliebrium Virtutum d
nata, ex vetustissima apud nos I



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.